



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

11 de Verberibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

tem iniuriarum, de iniur. Meminit istius legis & Cicero in Legibus, & D. Augustinus lib. 21. de ciuitate Dei, cap. 11. Sunt & cauis iure ciuili expressi, in quibus similitudo supplicii rationem inducitur in illis qui falsis accusationibus innocentium vitam calumniantur, l. final. de accusat. lib. 9. C. tit. 2. l. fin. de calumnia. eod. lib. C. tit. 4. 6. & praenatiocantur, Lab Imperatore, de praenatioc. in P. & in casibus titul. P. Quod quisque iuris. Et. Hodie tamen poenam illam similitudinis supplicii, consuetudine in desuetudinem abiisse, & secundum qualiter & dignitatem personarum, & arbitrio iudicis esse statuendum tradant Albertus in l. final. de accusat. C. facis, §. poenam, de iniur. Felinus in cap. inquisitionis, nu. 9. de accusat. apud Gregorium Baldus in addit. ad Speculat. titul. de conrept. libell. verfic. de consuetu. Speculator tit. de accusat. §. 1. in verfic. nec mirum, & Bartolus in l. libellorum, §. siens subserbere, de accusat. Nam & iura eo declinare expresse videntur fere in omnibus, & paucis admodum exclusis, vt peritases criminis, personarum, & rerum, poenas vel augent vel minuunt, vt a principio istius tractationis ostendimus, per l. Pedius, de incendio. Et namque cum similib. lmo & iure ciuili, l. 3. ad senatusconsultum Turpillian. P. & pontificio, e. quod debetur, r. 4. quaestione 1. c. 1. §. 2. de calumniator. alia poena, quam similitudo supplicii, calumnia a oribus imposita reperitur. Apud t Thurius etiam lex Chauri, de alia lege emendata erat, Si quis cui oculus eruerit, oculum reo pariter eruit. Emendata autem, quia monoculus conquectus, quod sibi eruto vno oculo solo tantum quo videbat, vno reo erutus, & sic non iusta esset poena, vt auctor Diodorus Siculus lib. 12. Aristoteles quoque §. Ethic. ad Nicomach. c. 5. hanc repassioem nude, & ad literam intellectam improbat, etfi Pythagorici & Rhadamanthi iudicio, quidam contrarium probant. Sic enim scribit, *δὲ δὲ τῶν ἀπαιτητῶν δὲ ἀπὸ τοῦ δικαίου, οὐκ ἔστιν ἡ ἀπαιτητὴ τοῦ δικαίου, ἀλλὰ τὸ ἀπαιτητῶν οὐκ ἐπιτρεπόμενον, οὐτὲ ἐπὶ τὸ νόμιμον, οὐτὲ ἐπὶ τὸ πολιτικόν. πολιτικὸν δὲ λέγεται τὸ κοινόν, τὸ δὲ ἀπαιτητῶν οὐκ ἐπιτρεπόμενον, ἔστι δὲ τὸ ἀπαιτητῶν δικαίου, ἔστι δὲ τὸ ἀπαιτητῶν δικαίου καὶ τοῦ βέλους γὰρ τὸ λέγειν, καὶ τὸ παθεῖν τὸν δικαίου.*
εἰς τὰς τὰς ἐξ ἑαυτοῦ ἰδία ἡθῶν.
παλαιὸν δὲ ἀπαιτητῶν, &c. Id est,

Videtur nonnullus, & ipsa repassio esse iustum simpliciter, sicuti dixerunt Pythagorici: qui quidem simpliciter delinentes, iustam esse repassioem voluerunt. Veruntamen repassio neque ad legitimam, neque ad politicam accommodari potest: dico autem politicam communem. Et ita repassio nec accommodari poterit, ad distributum iustum, nec ad emendatum: nisi velint. & hoc dicit iustum Rhadamantheum.

Si quaedam fecerit, haec & patiatur ipse. Iudicium fuerit porrectum, atq. exitus aequus, &c. Ceteram & lex duodecim tabularum, & diuina, & Pythagorea, & Rhadamanthina, repassioem non intelligunt, vt Aristoteles, sed repassioem, hoc est, poenam aequalem, id est, condignam criminis, secundum proportionem Geometricam, nō Arithmeticam. Sic enim supplicia dicuntur aequalia peccati, si legitimam habent delicti & personarum considerationē. Et id innuere Moses videtur, Pro mensura peccati erit & plagarum modus, Deuter. c. 25. Sic in iure pontificio, ea ex literis, de consuetu. commenturanda poena delicti, vt & in iure ciuili, l. respiciendum de poen. P. not. Bar. in l. scriptum 6. de his quibus vt indig. lib. 3. p. tit. 9. Et Horatius lib. 1. serm. Satyr. 3.

Regula peccatis, quae poenas irroget aequas,
 Nec sentis, dignum, horribilis scilicet flagello.

De verberibus. CAP. II.

- 1 Verberum poena iure diuino inflata.
- 2 Verber quid.
- 3 Verberum poena quae, & quatenus permissa iudicibus ecclesiasticis.
- 4 Gymnasia Spartiatarum quid.
- 5 Verberibus vt quis interimitur prohibetur damnatio.
- 6 Verberum 3 species.
- 7 Fustium admonitio quid.
- 8 Fustium ictus quando infamet.
- 9 Fustium ictus maior poena, quam pecuniaria. Poena corporalis subrogata in locum pecuniariae famosa, demis infamiam, eod.
- 10 Fustiarum in militia poena grauior, quam in aliis non militibus causis.

- Et pro quibus inflatum.
- 11 Flagellorum poena quae, & quibus instrumentis inferatur.
 - 12 Ferule castigationes impuberum.
 - 13 Fasces librorum Romanorum.
 - 14 Virgarum amouendarum a latere seu dorso ciuium Romanorum lex Porcia.
 - Valeria lex de cinibus Romanis, eod.
 - 15 Vitibus verberati ciues Romani in militia.
 - 16 Mastiges & lora quid.
 - 17 Scutica, & Scorpiones quid.

¶ Sexta t poena, quae & iure diuino inflatur, verberum est. Sic enim scriptum in eo, Deuter. 25. Iudici impium condemnabit impietatis: si autem eum qui peccauit, dignum viderint, plagis, prosterment, & coram se facient verberari. Pro mensura peccati erit & plagarum modus. Ita dicitur, vt quadragenarium numerum non excedant, ne sede laceraui ante oculos perest. frater tuus. Et Psalm. 88. Si dereliquerint, inquit Deus, filii mei legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint: si iustitias meas prophauerint, & mandata mea non custodierint. visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.

¶ Verber t dicitur & instrumentum, quo quis caeditur, & plaga ex eo inflata. Estque veluti virga longa exilis. Quare & eo nomine continentur virga, baculus, fustis, lora, flagellum, ferula, arundo, & his similia, Laur. Vall. lib. 6. Eleg. c. 47. Atque in iure omni verberatio, percussio, siue plaga cum libet inflata, vel afflicto, verberatio dicitur, & contra. Vnde percussio corporalis & spiritalis, passio quaedam ad castigationem dicitur inflata, c. 1. de cler. agrot. c. cum beatus 45. dist. nō. Proverb. 13 ca. cum percussio, 7. q. 1. 3. §. si magister, ad leg. Aquil. ¶ Haec t poena verberum in foro ecclesiastico inflatur quandoque licite, ca. in archiepiscopat. de raptor. c. fraternitas, 12. q. 2. c. illi qui, in iust. gl. in ver. religiosus, 5. q. 5. dummodo iudices caueant a duobus: primum, ne verbera linguam fundant, e. his a quibus, & ibi gl. in verb. precipiant, 23. q. 8. & 2. ne verbera inferant clericis per laicos. Etenim iudices, per laicos etiam discipline causa clericos iubetes verberari, excommunicati sunt, c. vniuersi status, de sent. excommunic. Nec potest etiam episcopus sua manu delinquentem verberare, ca. non liceat, 86. dist. 1. Solent autem verberari adhiberi, de quorum emendatione speratur, non secus quam apud parentes & dominos hoc genus poenae ad emendationem familiare est, c. circumcelliones, 23. q. 5. c. cum beatus Paulus, §. seq. 4. dist. c. d. splicet, 23. q. 4. Claud. l. aut facta, 16. §. causa de poen. in P. l. 1. C. de emend. propinq. Adhibentur & in foro poenitentiali verbera quandoque, quae poenitentia voluntate propria exsequitur, iuxta illud D. Pauli, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, &c. 1. ad Corinth. 9. ¶ Erat t & gymnopadia festina apud Spartiatas, teste Hesychio, in quo adolecentes aram circumfates Amyclis, terga lotis mutuis verberibus caedebant, vt quidam dicebant. Quod firmat Philost. lib. 6. de vita Apollonis, atq; hoc modo & Dianam Scythicam a Scythis & Spartiatis cultam putat, ex dictis Apollonii Tyanai. ¶ Poena t haec verberum, ad mortem etiam iure ciuili porrigenda nō est: nec ea poena quidem Vlpian. damnari aliquem oportere respondit, vt verberibus necetur, vel virgis interimitur, Vlp. in l. aut damnatum, §. h. h. de poen. in P. Quia ad castigationem inducta. ¶ Iuris ciuili Romanorum etiam nomotheta inter poenas coercitionis corporalis, fustium poenitentia admonitiones, & flagellorum castigationes, auctore Callistrato, & vincalorum verberationes, in l. veluti fustium, 7. eo. Quibus verbis, verberandi tres modos exprimit Fustium t admonitio forsan est, quod Gall. dicit, bastonades, fustuarium. Et fustuarium erit, donneur de bastonades. Vocat Cicero 3. Philip. hanc poenam & fustuarium, Nam, inquit si Antonius consul, fustuarium meruerunt legiones, quae eum reliquerunt. Vocat Polybius ἐυλοκῆτιον. Ictus t fustium per se non infamat, sed causa, ob quam poena haec inflatur, si infamiam habet notat, l. nullam, 14. ex quib. cau. infam. irrog. lib. 2. C. tit. 14. Marcel. l. istius fustium, 22. de iis qui nos. inf. lib. 3. P. tit. 3. l. in seruorum, 10. §. si de po. in P. Quamobrem & per poenam, dā infamia sequitur, sicut placuit Gordiano Caesari, l. fustibus, 16. §. l. verbum precib. 17. ex quib. cau. infam. irrog. C. additur causa ictibus fustium, & hoc ad nos, id est, calumniatus est. ¶ Verum t tamen est, fustium ictum grauiorem esse poenam, quam pecuniariam damnationem, Marc. l. in seruorum, 10. §. fin. de poen. P. Ceterum si corporalis haec, vel alia pecuniaria ob inopiam damnari imponatur, non infamare placuit: licet actio sit famosa, dist. in seruorum §. final. §. l. quod ergo, §. poena grauior, de iis qui notantur infamia. in P. Nam grauior poena



corporalis subrogata, supplet pecuniariae infamiam: nam regula est, vt qui maiori poena, quam legibus constituta est, afficitur, infamis non fiat, d. l. in seruorum. §. fin. ¶ In militia grauior videtur poena fustium, quam extra militiam: nam, vt Polybius scribit, in 6. lib. Epit. o. Polyb. supplicium apud Rom. dum quis in militia caeditur, est, quod tribunus accepto fuste vix tantum attingit damnatum: quod vbi factum est, omnes qui in castris sunt, caedentes fustibus lapidibusque plerisque in ipsis castris conficiunt. Fuste autem caedebantur, qui aliquid furto fustulissent in castris, qui falsum testimonium dedissent, qui flore aetatis reprehenderentur, & desertores, eod. lib. 6. Polyb. Attalarius Gothorum rex edicto statuit, ne curialibus graues essent maiores potestates: & si quis curialis superimposito sine auctoritate principis oneraretur, qui id taceret, decem librarum multa damneretur, in eumque statuit, vt, si non haberet in aere, per fustuaria supplicia laceraretur, Cassiod. lib. 9. variar. cap. 2. Callistratus l. capitalium, 28. de pœn. in iure absolute tradidit, fustium idem subici, ad exultimationem, id est, infamiam, non capitis periculum pertinere. Nec omnes fustibus caedi solebat, sed eos dumtaxat, qui liberi sunt, dum in criminis infamiam habentis, vt onem fustigantur, vt diximus, ¶ vel si infamiam sententia comprehensa est. ¶ Flagellorum poena est, cum quis & virgis, & flagris vel mastige caeditur. Poena acerbior forensis, quam fustigatio: non alia de causa, vt opinor, quam quod flagra vel flagella cuti admoventur, & nudantur corpora. Fustes autem vestitis inferantur, eruatque sanguis iactibus flagrorum, & vibices cute in castra durius ferantur. In fustium percussione ratio sanguis funditur, §. si quis aliquem, de pace tenend. lib. 2. Fend. tit. 27. Sic & maiorem poenam arbitrat Accursius in l. veluti, de poen. P. flagellorum poenam, quam sit fustium: nam & Marcellus in seruorum, 19. de poen. P. exultimauit, ex quibus causis liber fustibus caeditur, ex iisdem seruum flagellis caedendum, & domino reddendum. Idem statuit Paulus l. Pedius, 4. de incen. ruin. & nauis. lib. 47. P. tit. 9. Innuit Horatius lib. 1. Serm. satyr. 3.

Ad ist. inquit,
Regula peccatis, qua poenas irroget aquas:
Nec seuisica dignum, horribili sectore flagello.
 Atque vt inior poena post comminationem, est fustium castigatio: ita postea flagellis caeditur, l. enia, de accusat. P. l. §. cum patronus, de offic. prof. vr. lib. 1. P. tit. 12. l. si de offic. prof. vigil. eod. lib. P. tit. 20. Innuit & Iuuenalis Saty. 6.
Si nocte maritus
Auersus tacuit, perit libraria, ponunt
Cosmetæ tunicas tarde venisse Liburnus
Dicitur, & poenas alieni pendere somni
Cogitur. Hic frangit ferulas, rubes ille flagellis,
Hic scutica.

12 ¶ Ferulae cutem etiam plagent, sed lenius: vnde & impuberum sunt castigationes, l. 1. §. impuberi, ad S. C. Syllaniam. lib. 29. P. tit. 5. Ferula enim vel virgaleui feriebantur impuberum, imo & discipulorum in scholis manus: vnde Martialis libro decimo, epist. 62.
Cessent, & idus dormiant, in Octobris,
Estate pueri si valent, satis discunt.

Et Iuuenalis Satyr. 1.
Et nos ergo manum ferula subduximus.
 Ex ferulis collectæ scopæ, quæ etiam lacerant carnes, & cutem. Poenaque illa frequens furibus crumenificis, §. si quis quingue solidos, de pace tenend. in v. sibus Fend. ex Instrum. more apud Gallos quoque recepto. ¶ Erant & fustes Romanorum, virgis betulae arboris, Plin. lib. 16. cap. 18. vel viminibus compositi, quibus lictores verberabant, iussu eorum, quibus subseruiebant, reos. Qui emendari poterant, vt & secuti, quæ fasci illigabatur, eos, ¶ quos corrigi non posse opinabantur, percutiebant. ¶ Portia ¶ lex virgas ab omnium ciuium Romanorum corpore remouit, vt ait Cicero pro Rabirio, vide & de his Alex. ab Alexand. lib. 3. c. 20. Liuius de ea sic scribit, lib. 10. prima decad. Portia tamen lex sola protergo ciuium lata videtur, quod ea graui poena, si quis verberasset, necesse que ciuem Romanum sanxis. Valeria lex cum eum, qui pro-uocasset, virgæ caedi sic virgæ necari videret, nihil ultra quam improbe factum adiecit. Id. (qui tum pudor hominum erat.) vinculum satis validum legis: nunc, vix seruo suo ita minetur quisquam. Hæc Liuius. Salustius in orat. Cesar. Portiam legem a M. Portio Cato-ne latam tradit, eamque pro scapulis, vt & Festus. Plinius lib. 7. ca. 43. ius virgarum, & iudicum de iure virgarum dixit. Posteaque statutum lege C. Sempronii Grachi, ne de capite ciuium Rom. in-

iussu populi iudicaretur, vt scribit Plut. in vita Gracchi, & Cicero in Verrem, & pro Rabirio. ¶ Verberabantur ¶ tamen aliquando ciues in malitia viribus: nam & Scipio Africanus, qui Numantiam obsedit, sicubi extra ordinem militis Romanos deprehendisset, acerbis poenis afficere solitus est, vt qui ciues vitibus, alios autem virgis caedi iuberet, Crinit. lib. 2. c. 2. De hac vitis flagellatione sic loquitur Plin. lib. 14. c. 1. de vitibus agens. *Quid quod infera castris, summam verum imperiumq. continent? Centurionum in manu vitis, & opimo premio tardus ordinis ad lenis: ut perducit aquilas, atq. in delictis poenam ipsam honorat. Nempe quod ea tantum afficerentur ciues, alii virgis.* Et Martianus Iuric. in l. miles agrum, 13. §. irreuerens, de re mil. l. 49. P. tit. 16. de castigatione & rebellionem militum agens, *Si miles viem centurionis castigantis tenuit, militiam mutat: si ex industria fragis, vel manu inultu centurioni, capite puniatur.* Meminit historia Apostolorum, & tempore D. Pauli legem Romanis flagella remississe. *Sic enim cum tribunus iussisset ipsam flagellis caedi, eum affatus est: si hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare? Quo audito solutus a vinculis est, Act. c. 22.* Inter flagella numeratur & mastige compacti, quibus impelluntur equi ab aurigis, quæ excussa fragorem & sonitum edunt, Martialis lib. 14.

Proficis nihil, hoc cædas licet usque flagello,
Sic tibi purpureo de grege curris equum.
 Et Virgilius 5. Æneid.
Signum clamore paratis
Epitides longe dedit, insonitq. flagello.
 Sic intelligenda Constant. constitutio, dum ait, l. de cursu pub. lib. 12. C. tit. 51. *Eguos publico cursui deputatos, non lignis nec fustibus, sed tantummodo flagellis agitari decernimus.* ¶ Compinguntur ¶ & multigis loris, id est, corrigiis coriaceis. His vt plerumque captiui & serui hoc modo verberari solebant, vt conditionis suæ remiserentur, vt ait D. natas, nempe quæ capti, loribus vincti fuissent. Et vile ducitur, loribus affici & seruire dicimus in Gallia, Bailler la estruieres. Sic apud Terentium in Adelphi.
Nam si molestus pergis esse, iam intro arripere, atq. ibi
Vig, ad necem operire loribus. S. loribus liber?

Opinor Callistratum Iurificonsum hoc genus flagelli vocasse vincula, dum dicit, l. veluti, 7. de poen. vinculorum verberationem poenam esse. Nec probare possum Accursii explicationem, in d. l. veluti, cum ait esse in vinculis, verberari fustibus. Plagæ eorum duriores ex illis, quæ loribus solebant, & funicularibus mastigibus addi tyrannus. ¶ Nam ¶ & erat scutica, habens in summitate glandes plumbeas, erant & lora hamata. Vnde & scorpiones flagella illa dicta, quia veluti scorpionis caudis lædunt, sic in flagellorum extremitatibus, & apicibus. Scui addebantur appendices, quibus cruris mittere laniebatur. Fuit autem tormenti scorpionis inuentum Cretarum, vt ait Plin. lib. 7. c. 56.

De redargutione & reprehensione.
 CAP. 12.

- 1 Redargutio inter poenas.
- 2 Reprehensio publica esse debet palam delinquentium.
- 3 Commationes inter poenas.

¶ Nec ¶ poenas virtutis, testamentum est & verborum flagellatio, nec cõtemnitur, sed salubris habetur. Peccantes, inquit D. Paul. 1. Tim. 5. coram omnibus argue, vt ceteri timorem habeant. Et in Leuit. c. 19. lex statuit, *Non edis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum.* Et Proverb. 24. *Qui audiunt, laudabuntur, & super eos veniet benedictio.* Et iterum 2. ad Tim. 4. *Argue, obsecra, in omni timore, & doctrina, & argue cum omni imperio, ad Tit. 2.* Et hoc munus potissimum est eorum, qui palam verbum Dei annuntiant, quibus annuntiatæ populo scelera eius conuenit, Esai. 58. *Qui instare debent delinquentibus opportune & importune, 2. ad Tim. 4.* Delæuit ira Dei in populum, cū ecclesiastici viri palpat, nec reprehendunt vitia, c. sed illud, 45. dist. Deceperunt, inquit Ezech. 13. c. *populum meum prophete, dicentes, pax, pax, & non est pax: & ipse edificabat parietem, illi autem liniebant, luto absq. paleis, & v. qui consuevit puluillos sub omni cubito manuum, & faciunt ceruicalia sub capite ad capiendas animas, in lamentationibus & delinquentibus deceperunt peccatores, illos non reprehendentes, c. sunt nonnulli, 4. 6. dist. ¶ Reprehensio ¶ autem hæc publica debet esse, si crimen publicum, vel monitus non resipuerit. Et hæc accusatio publica recipitur in foro conscientie, d. c. sed illud, D. Mart. c. 18. Sic D. Io. Baptistæ palam delinquentem Herodem arguit, Marc. 6. *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Et Dominus*